Morbio 22 (29)

In Nomine dñi Anno a Natiuitate eiusdem Millesimoquadringentesimo trigesimoquinto Indictione quartadecima die mercurij vigesimoquinto mensis Octubris Spectabilis et eximius Iur utriusque doctor dñs Nicholaus de Arcimboldis de parma filius quondam dñi Johis legum doctoris ac magistri Intratarum extraordinariarum Illustrissimi dñi ducis Mli etc. porte vercelline parochie Monasterij noui In presentia mei notarij Infrascripti et testium Infrascriptorum descriptorum Ad Instantiam et Requisitionem mei notarij Infrascripti psone publice stipulantis et Recipientis nomine et vice et ad partem et utilitatem cuiuslibet psone cuius Interest uel Interesse posset quolibet In futurum dixit et protestatus fuit ac dicit et protestatur ad omnem bonum finem et effectum et ut quecumque lateret pro debito Iustitie denegatur ad comodum et utilitatem cuiuscumque psone cuius Interest uel Interesse posset quomodolibet In futurum Quod dum de Anno pro Mccccxxxtertio ipse dñs Nicholaus esset in Sicilia in Ciuitate Panormi et ibi apud Serenissimum dñum Regem Aragonum oraret pro Illustrissimo dño duce Mli predicto Essetque cum eo dño Nicholao Johesfrancischus de ficino filius quondam dñi Antonij Ecce predictus Johesfrancischus reperit In Ciuitate predicta Panormi quendam Nobilem virum dñum Angelum de ficino fil quondam dñi Gulielmi dei [illegible] scriptorem et collectorem ibi apostolicum etc. Et simul Inter ambos dñum Angelum et Johemfrancischum habita familiaritate et recognoscentia se ipsi dñs Angelus et Johesfran pro bonis et veris affinibus ac consanguineis habuerunt tractauerunt et reputauerunt Maxime cum primum eorum Maiores et parentes sibi Inuicem recenseret essentque utriusque quod Insignia pariformia maxime quod Inditio Et cum aliquando ad predictum dñum Nicholaum venisset ipse de Angelus visitationis gratia Inuit Inter alia hec ipsi dño Nicholao dicere memorat dñs Angelus videlicet quod valde gratum ei fuerat repisse et recognouisse predictum Johemfran eius consanguineum et affinem ut prefert et precipue cum ei dño Angello penuria sibi esset Affinium qui sine aliquibus quasi se ibi reputabat et quod in casu quo ipse Johesfran disponeret secum vitam agere et eum in Curia Romana velle sequi quod sibi vnum bonum officium in dicta Curia dari faceret vbi bene viuere posset vel ipsum Johemfran loco ipsius subrogari faceret et pro scriptore apostolico Constitui et multa alia vidit et comprendit ipse dñs Nicholaus tum quia nonnumquam ad domum habitationis ipsius domini Angeli predictus Johesfran cum ipso dño Angello discubuit tum quia muneribus utrique ipsorum et alter alterum donauit quod pro bonis et veris affinibus et consanguineis vtis se habebant tenebat et reputabat vti est publica vox et fama Que omnia videri et audiri potuerunt etiam per quam plures familiares predicti dñi Nicholai et maxime per Johemde visio Renuntiando exceptioni prefatus dominus Nicholaus non sic huiusmodi Infrascripti protestationis et predictorum et Infrascriptorum omnium et singulorum non ita actorum et factorum et omni probationi et defen[illegible] Actum in domo habitationis prefati dñi Nicholai sita vt[illegible]. Interfuerunt ibi Testes Johes de vrisio filius quondam dñi Augustini scriba ipsius domini Nicholai Conradus de posijs filius quondam dñi luce Ciuis parme et dñs Illarius de guanbertis filius quondam dñi filipi ciuis parme omnes testes noti ad premissa idonei vocati et rogati.

Ego Francischinus de zerbis filius quondam dñi Iacomoli notarius publicus Ciuitatis Mediolani porte Ticinensis parrochie sancti Sebastiani Rogatus tradidi et scripsi 29

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1855121409-16
DFG

1435 35/X

Universitäts- u. Landesbibliothek Halle/S.

Marlio 22 (29)

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:3-1192015415-1855121409-16